



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Pœnæ totius populi ob scelera paucorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

POENAE TOTIVS POPVLI OB
scelera paucorum.

PAucorum scelera totius saepe populi supplicio sunt vindicata.

Iosue Iudæorum populo post Moysis obitum Præfecto cum se Achan Iericho vrbis excisæ præda & spolijs, quæ Deo erant sacrata, cõtaminasset, tria millia militum fortissimorum ab exiguæ ciuitatis incolis in fugam conuersa cæsaq; sunt.

I.

Ios. 7. 25.

15. 7.

1. Par. 2. 7.

Quod Ionathas parum mellis in periculo gustasset quãuis voti inscius quod Pater nuncuparat, nisi victis hostibus neminem quidquam gustaturum, irritatum numen nullum reddidit responsum, quamuis de more sollicitatum à sacerdotibus & vatibus.

2.

1. Reg. 14.

Dauidis Regis peccatum quo contra diuinas leges populum vniuersum recenseri mandauit graui peste vindicatum est, qua septuaginta millia hominum perierunt.

3.

2. Reg. 24.

Magna seueritate Græci scelus persequebantur præsertim publicum & immane. In qua enim ciuitate patratum erat, nisi graui supplicio esset continuo expiatum, bellum illi à reliquis ciuitatibus indicebatur, finitimis longinquisq; existimantibus hæere religionem non in ea modo ciuitate, sed in alijs omnibus quæ tantum nefas vitæ non puniissent. Intelligebant scelerum dissimulatione superos irritari, vindicta placari. Et erat

4.

vi. exemp.

1 in loco

de Adutes

tio.

Mm 3 longa

vi. locum
de crudeli-
tate.

lōga obseruatione perspectum vbi nefarium
crimen vindicatum non fuisset pestem suble-
qui & famem, bellum & rerum omnium va-
stitatem. Scedalus in Leuctris homo tenuis
vixit, commodus tamen & hospitalis. Huic ce-
rant duæ filiæ virgines forma præstanti, in
quas duo Spartani adolescentes quamuis satis
humaniter domi accepti atq; habiti petulan-
tes oculos iniecere. Vim ne statim inferret
hospitis humanitate fuere prohibiti. A Bœo-
tia tamen redeuntes, atque à virginibus, cum
pater abesset, hospitaliter accepti, illis vim
um per vim obtulerunt. Ea videlicet hospiti-
tij merces fuit. Præterea iniuriam lamen-
tantes interemere, discessereque, corporibus
in puteum abiectis. Scedalus domum re-
uersus filiarum absentiam miratur. Dum ha-
ret & dubitat, à catella cum vestis laciniam
apprehenderet, sæpeque in puteum currit
rēt oblatrans gementique similis, admonuit
id non temere fieri, puteum contemplans
filias peremptas esse considerat. Sciscitans
vicinis, eos adolescentes eo diuertisse cognouit,
neque postridie illius diei illos aut virgines
comparuisse. Deprehenso scelere rogitans
Lacedæmonem pergit, vt eorum nomina
pud Ephoros deferat. Exitinere tamen cum
audiret in Argolica regione senem quendam
Orcitam nomine diras cladesque Lacedæmo-
nijs imprecari, rogare pergit ex illo quantum
iniuriam ab ijs accepisset. Narrat ille quo

pacto filius probus & honestus ab Aristode-
 mo qui ius Lacedæmone dicebat, fuisset iu-
 gulatus non alia culpa quam stupro repudia-
 to quod illi inferre voluisset. Deinde de cæ-
 de atque contumelia apud Ephoros cum po-
 stulasset, nullam rationem tanti sceleris habi-
 tam fuisse, proinde videret in simili caussa lu-
 dibrio etiam ipse haberetur. Timuit Scedafus
 ne ipse etiam frustra laboraret, contendit ta-
 men quo ire cœperat. Ephoros, deinde Re-
 ges, postremo singulos qui in ea ciuitate mul-
 tum poterant adit, multis lacrymis de iniuria
 conqueritur, nemo tamen senis iustissimis la-
 crymis mouetur. ille noua iniuria percitus
 quasi emota mente per vrbs plateas manus
 in solem tendere, terram pedibus quatere, &
 quando nulla æquitatis iura valerent furias
 inuocare tantorum scelerum vltices, postre-
 mo sibi manus intulit. Patrati sceleris breui
 ea ciuitas pœnas exfoluit, Epaminondę vir-
 tute in pugna Leuctrica ita concisa, vt nun-
 quam postea potuerit resurgere. Fama est
 Scedafum secundum quietem Pelopidæ, qui
 simul cum Epaminonda præerat, visum dice-
 re, fore vt Lacedæmones in eo loco in quo
 tantum scelus commissum fuerat, nec
 expiatum vindicta vniuersi
 perirent.

Mm 4

VERIS.

VERISSIMVM ESSE ILLVD

*Abdia Prophetæ: sicut fecisti,
fiet tibi, &c.*

1. **I** Dumæi interfuerunt destructioni & de-
 prædationi Hierosolymorum, de quibus
 dicit Abdias: Sicut fecisti, &c. hoc est, quomo-
 do bibisti de spolijs & præda Ierusalem & tem-
 pli in monte Sion, &c.
 Pharao Israeliticæ Ecclesiæ persecutor,
 Iudæorum masculos infantes submersit: ita &
 ipse cum omni exercitu ac familia sua sub-
 mersus est.
2. **Violauit per adulterium vxorem proximi**
 sui David: violatæ ac scædatæ sunt concubine
 ac mulieres eiusdem.
3. **Sicut Vriam Hethæum percusserat gladio:**
 ita per Prophetam Nathan ipsi denunciatur,
 quod gladius de domo sua non recederet in
 æternum.
4. **Confessionistæ ex sedibus & ciuitatibus**
 suis, ex antiquissima possessione & præscri-
 ptione multis in locis eiecerunt Catholicos:
 at iustitia permittente diuina Calvinistæ pari
 scæuitia ex multis locis & ciuitatibus eos simi-
 liter propellunt, & eijciunt. Si non nisi per-
 mittente domino capillus capitis nostri deci-
 det, quanto minus tantæ rerum conuersiones
 non nisi domino iusto iudicio permit-
 tente fiunt.
5. **Vt Adonibêsec 70. Regibus summitates**

manuum ac pedum amputavit, ita eidem sum-
mitates manuum ac pedum amputatur. Iud. i.
vers. 6.

Sicut Athalia totam fere regiam stirpem
Davidis perdidit, 4. Reg. ii. v. 1. ita ipsa interi-
mitur v. 16. 20. vi. in Indice litteram S.

*DE TERRIBILIBVS GEHENNAE
tormentis eorum qui lethalibus peccatis
perpetratis presentis vitae sup-
plicia evadunt.*

Scribit Franciscus Puteus (seu de Puteo qui
Primariae carthusiae Praefectus fuit) in vita
Brunonis auctoris Carthusianae familiae, flo-
ruisse anno 1092. Parisijs virum doctrina in-
ter omnes eximium, & quod quidem externis
moribus iudicari poterat, virtute & sanctita-
te praeditum, quibus rebus celebritatem no-
minis praeter caeteros assecutus sit. Hic igitur
tantus vir in morbum incidit, munitur sacra-
mentis, moritur, confluunt ad funeris hono-
rem, ut patet erat in homine qui magnum sui
desiderium relinqueret, variarum artium
Doctores & studiosi, alij praeterea magno nu-
mero mortales. Effertur longa pompa, depo-
nitur in medio templo, circumstant qui exe-
quias Christiano more decantant. ubi ad eam
lectionem ventum est, cuius prima sunt ver-
ba, Responde mihi, cum omnium admiratio-
ne & horrore cadaver assurgit, & clare, ut à to-
ta circumfusa corona exaudiretur exclamat,

Mm 5 iusto

7.

I.

Sur. tom. 5

Doctorex-
cellens
moritur.vi. in loco
de hypocri-
tae exem. 8.